

rungo episcopo patribus suis datum esse dicebant, scripture etiam illi, quam de warandia sue cause a nobis obtinuerant, nichilominus dedixerunt | ita, ut termini nemoris et possessionum ad ipsum claustrum pertinentium, sicut a domino<sup>e)</sup> Theoderico episcopo quondam nostro per privilegium definiti sunt, permanere | debeant.<sup>2)</sup> Situs autem ipsorum terminorum in prescripto privilegio iste est, ubi torrens Bethscowa versus aquilonem decurrit in Milde fluvium | et ultra Bethscowam quantum ad usus piscine sufficit, tendens supra, ubi iactus est cumulus iuxta cuiusdam fontis rivulum in Bethscowam labentis, | inde tendit a cumulo in cumulum usque in vallem Zmolidol, que Teutonice<sup>f)</sup> dicitur Harzdal, per quam rivulus tenuis labitur usque in predictum Milde | fluvium. Verum ne quis in posterum de sopita controversia redivivam litem suscitet, adhibitis testibus subscriptis cum appensione nostrorum | sygillorum<sup>g)</sup> presentem manuscriptionem sub anathemate roboramus. Huius rei testes sunt: Cūnradus episcopus Hildensheimensis, Engelhardus episcopus | Nuenburgensis, Theodericus abbas de Liuonia, (<sup>h)</sup>Albertus prepositus de Rizowe, Uvalterus prepositus de sancta Cruce<sup>h)</sup>, Marcolphus, Heinricvs<sup>i)</sup> | capellani episcopi Hildensheimensis, Willehelmus<sup>j)</sup> parrochianus de Strelle, Berwardus plebanus de Hagen et alii plures de ordine clericorum<sup>k)</sup>, | laici autem Lūdewicus langravius Thuringie<sup>l)</sup>, Heinricus prefectus de Donin, Albertus prefectus de Aldenburch, Meinherus prefectus | de Misna, Albertus prefectus de Dewin, Uvolfwinus<sup>m)</sup> prefectus de Cice, Theodericus prefectus de Kirchberch, Theodericus iunior de Kapellendorph<sup>n)</sup>, | Sifridus prefectus de Liznich<sup>o)</sup>, Hermannus de Sconenburch, Uvolferus<sup>p)</sup> de Pesna, Arnoldus de Zbore, Rudegerus Borke, Rudolfus<sup>q)</sup> de Repin, | Goddefridus de Owelebe<sup>r)</sup> et alii quam plures. Acta sunt hec omnia in Misna anno ab incarnatione<sup>s)</sup> domini millesimo ducentesimo | vicesimo quarto, indictione (<sup>t)</sup>undecima, quarto<sup>d)</sup> kalendas decembris, sub abbate Lvdegero; feliciter amen.<sup>3)</sup>

(SP. 1)

(SP. 2)

## 80.

***Abt Ludeger, Prior Goswin und der Konvent des Klosters Altzelle beurkunden verschiedene Vereinbarungen, die infolge eines Vergleichs zwischen dem Kloster und dem Domkapitel von Meißen getroffen worden sind.***

1224 (November 28), Meißen

*Original: Dresden, SächsHStA, DCM 33 (A) — Provenienz: Meißen, Domkapitel — Pergament: 27,1–28,1 cm breit, 15,8–16,1 cm hoch, ohne Plica — Besieglung: SP. des Abtes (Ludeger) von Altzelle an Pergamentstreifen; spitzoval, 3,2–3,3 cm breit, 5,0–5,1 cm hoch; Bild: auf einer Konsole stehender Abt, in der rechten erhobenen Hand einen Stab*

e) domno *A*<sup>2</sup>. f) Tevtonice *A*<sup>2</sup>. g) nostri sigilli von erster Hand mit derselben Tinte zu nostrorum sigillorum korrigiert *A*<sup>2</sup>. h) Waltherus prepositus de sancta Cruce, Albertus prepositus de Rizowe *A*<sup>2</sup>. i) Heinricus *A*<sup>2</sup>. j) Wilhelmus *A*<sup>2</sup>. k) cleri *A*<sup>2</sup>. l) Lvdevicus langravius Thuringie *A*<sup>2</sup>. m) Wolfwinus *A*<sup>2</sup>. n) Kappellendorph *A*<sup>2</sup>. o) Lizelnic *A*<sup>2</sup>. p) Wolferus *A*<sup>2</sup>. q) Rūdolfus *A*<sup>2</sup>. r) Owelebe *A*<sup>2</sup>. s) incarnatione *A*<sup>2</sup>. t) XI<sup>a</sup>, III<sup>o</sup> *A*<sup>2</sup>.

2) Vgl. UB Altzelle I, Nr. 16; zum Folgenden siehe auch Nr. 7 und 15.

3) Die Indiktion ist hier um zwei Einheiten zu niedrig (11 statt 13) angesetzt worden.